

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Secundus De Creatione.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191

beatissima et summa communio, caritas et unitas, quæ est inter Patrem et Filium per Spiritum sanctum, in nobis etiam et inter nos veram unitatem et amoris coniunctionem per eundem Spiritum efficiat, Io. XVII, 11. 21.

§. XX.

Solatium ex hac doctrina est, (1) quod in cognitione Dei sita sit vita æterna, et in hoc mysterio omnes sapientiæ ac scientiæ opes reconditæ sint, Io. XVII, 3. Col. II, 23.

Quid solatii ex hac doctrina habemus?

(2) Quod Deus animæ suæ amanti pro bonitate sua magis magisque se cognoscendum & gustandum exhibiturus sit, Io. XIV, 21. 23.

(3) Quod ipsum, quem in hac vita imperfecte cognoscimus, aliquando ita, quemadmodum ab ipso sumus recogniri, recognituri, et ex intuitu ac perfruitione purissimi illius ac perfectissimi amoris, qui est inter Patrem et Filium per vinculum Spiritus sancti, sempiternam voluptatem percepturi simus, 1 Cor. XIII, 9. 12. 1 Io. III, 2. Ps. XVII, 15.

ARTICVLVS SECVNDVS

DE

CREATIONE.

§. I.

Quum in articulo antecedenti doctrina de Deo triuno, Patre, Filio et Spiritu sancto, generatim proposita sit; ordo postulat, ut de singulis personis specialiter tractetur.

Quomodo hic articulus ex præcedenti fluit?

tim, et de eo, quod vnique tribuitur, et in quo sese quæque patefecit, iam agamus.

§. II.

Primæ personæ *Pater* est. Cui quum *opus creationis* speciatim adscribitur, ad sacræ scripturæ ductum ea de re strictim disputabimus.

§. III.

Creator quis? Si quæris, *quis* sit omnium rerum *creator*; respondemus: IEHOVA est, verus atque essentialis Deus, qui hoc opere ab omnibus falsis diis se distinguit, Ies. XL, 28. 22. 26. XLV, 18. XLIV, 24. Ier. X, 11. 12. Et quidem *omnes tres personæ* eo ipso sese statim manifestarunt, quemadmodum ex Gen. I. collat. Io. I, 1. 2. et Ps. XXXIII, 6. liquido apparet. In specie hoc opus, ut modo diximus, *Patri* adscribitur, secundum symbolum apostolicum, et sacrarum litterarum testimonia, 1 Cor. VIII, 6. Hebr. I, 2. non tamen excluso *Filio* et *Spiritu sancto*. De *Filio* probatur ex Prov. VIII, 22-30. Ps. CII, 26. collat. Hebr. I, 10. Io. I, 3. Col. I, 16. De *Spiritu S.* ex Gen. I, 2. Iob. XXXIII, 4. Ps. XXXIII, 6. Cum *humana* etiam *Iesu Christi* seruatoris nostri *natura*, in diuinam hypostasim adsumta, quum plenum tempus aduenisset, inter reliqua diuina attributa vim et potentiam aliquid creandi communicatam esse, id quidem multa mira-

Quomodo creationem cuiuslibet personæ speciatim competere probatur?

miracula, quæ propria virtute in officio suo patrauit, testantur.

§. IV.

Ordo creationis describitur Gen. I, 1. Ordo seqq. Situs autem est in eo, quod *prima* creationis die omnia, in quibus cælum et terra consistit, simul fecit, quæ autem adhuc rudis et indigesta quædam moles erant, alias chaos vocitata. Lucem etiam ex tenebris lucere iussit, c. I, 2. 3. 2 Cor. IV, 6. Ps. CIV, 2. CXII, 4. *Secunda* die maximam fecit separationem, quum cælum a terra disiunxit: fecit itidem angelos suos ventos, ministros suos ignem flammantem, c. I, 6-8. Ps. CIV, 3. 4. *Tertia* die in globo terrestri aquas ab ipsa tellure separauit, terra sponte sua, nullis grauidata feminibus, virtute verbi diuini varias stirpes, herbas et arbores procreante, c. I, 9-13. Ps. CIV, 5-18. *Quarta* die copiosorem lucis primigeniæ partem in certa corpora, solem, lunam et astra collegit, & hæc in expanso posuit, c. I, 14-19. Ps. CIV, 19-24. *Quinta* die aqua pisces & volucres verbo Dei produxit, c. I, 20-23. Tandem die *sexta* Deus varia animantium ac reptilium genera et postremo loco homines creauit, c. I, 24-31. qui, cum magna prærogatiua præ reliquis rebus creatis, illius, Dei, genus sunt, Luc. III, 38. Act. XVII, 28. *LVTHERVS* Conc. in Genes. Tom. IV. Alt. fol. 15. b. „Die ultima format
B 3 „homi-

„hominem, ante autem domum ei edificat,
 „lucem in aethere facit, cetera, ut recte
 „animadvertamus, Deum nostri haud obliuisci,
 „sed tanquam amantissimum patrem nostrum
 „omnibus bonis nos ornare, et omnia prius
 „apparare, quam hominem condant. „ Atque
 hoc modo perfecti sunt caeli et terra eorum-
 que omnes copiae: quo facto Deus die *septi-*
ma in typum sancti sabbatissimi, qui populo
 Dei superest, ab omnibus operibus a se effe-
 ctis feriatu*s* iisque delectatus est; quem diem
 propterea praereliquis sacrum festumque et
 latum fecit, c. II, 1-4. Pl. CIV, 27-31.
 Hebr. IV, 3-10. Act. III, 20. collat. Exod.
 XXIII, 12. XXXI, 15. 17.

§. V.

Quomo-
do facta
creatio?

Ceterum creatio a Deo per solam ipsius
 omnipotentem voluntatem facta est, sine la-
 bore et molestia, Rom. IV, 17. Apoc. IV, 11.
 Pl. XXXIII, 9. Ies. XL, 28. et quidem *μη ἐν*
φαινομένον, non ex apparentibus facta sunt,
 quae conspiciuntur, Hebr. XI, 3. Ita ut quae
 Dei sunt inadspectabilia, cuiusmodi est eius
 sempiterna potentia atque diuinitas, ea ex
 mundi opificio perspiciuntur, Rom. I, 20.
 Sap. XII, 1. Sirac. XLIII, 1. seqq. Omnia
 autem per *Verbum* facta sunt, et absque eo
 factum est nihil, quod factum est, Io. I, 3.
 2 Petr. III, 5. Hebr. XI, 3.

§. VI.

Creata
quanam?

Creata sunt omnia, quae existunt, praer-
 ter

ter ipsum Deum creatorem, scilicet cælum et terra et vniuersa, quæ in illis sunt, Gen. II, 1. res *visibiles*, inter quas homines, et *inuisibiles*, inter quas angeli præcipui sunt, Col. I, 16. qui in principio omnes boni creati sunt, Gen. I, 31. Sirac. XXXIX, 21. 39. 40.

§. VII.

Quamquam autem Deus hanc modo Qua in re descriptam creationem sex dierum interval- Deus ad- lo absoluit; tamen in hodiernum vsque hoc hodie diem vim ac potentiam creandi demonstrat, vim crean- di demon- quandoquidem per *רָא וַיֵּרָא* (*fiat*) quod in stratur?

principio effatus est, res vniuersas in natura sua ac naturalibus proprietatibus conseruat, et creaturas ad generandum constitutas, beneficio virium, quas eis in creatione imperitiuit, genus suum propagare ac multiplicare iuber. Vnde quidquid inter homines, animantia ac vegetabilia ex semel introducto ordine generatur, tamquam res a Deo creata spectandum est, Mal. II, 10. Ps. CIV, 30. Act. XVII, 26. *LUTHERVS* Comment. in Genes. Tom. VI. Witteb. fol. 18. b. (Tom. IX. Alt. fol. 36. a.) „*Si mundus confisteret infinitis annis, virtus horum verborum* (Gen. I, 20.) *non interiret, sed esset perpetua multiplicatio, vi istius verbi, seu primæ, ut sic loquar, foundationis.*”

§. VIII.

Finis, ad quem Deus omnia creauit, *Finis* est honor et gloria nominis sui, siquidem creationis

vniversum creationis opus et res singulas conditas, maximas minimas, quasi pro speculo incomprehensibilis maiestatis, potentiae, sapientiae et bonitatis diuinæ haberi oportet. Sirac. XLIII, 1. Rom. I, 20. XI, 36. Col. I, 16. 17. Apoc. IV, 11. Interim omnia, quæ in terra sunt, et certo modo reliqua etiam omnia, quæ in vniverso hoc mundo reperiuntur, *hominum gratia* creauit, Gen. I, 26. Ps. CXV, 16.

§. IX.

Officium
nostrum
secundum
hanc do-
ctrinam
quodnam
est?

Officium nostrum secundum hanc doctrinam est, (1) Deum, sanctorum et dilectorum suorum exemplo, pro creatione summis laudibus venerari, et ad hoc ipsum ex intuitu et vfu rerum creatarum nos excitare, Ps. CIV, tot. CXLVIII, tot. Sirac. XLII, 15. seqq. XLIII. Act. XIV, 17. XVII, 27. 1 Cor. X, 30. 31. (2) Omnia nostra, animam cum facultatibus suis, corpus itidem cum membris suis, soli Dei gloriæ & cultui dicare et mancipare. 1 Cor. VI, 20. Rom. VI, 13. (3) Rebus creatis vti, ita vt non abutamur, Rom. VIII, 20. (4) Animum nostrum non in rebus creatis defigere, sed in solo creatore acquiescere, Rom. I, 25. Ps. LXXIII, 25.

§. X.

Solatum
quodnam?

Solatum, (1) quod Deus res omnes, ab se conditas, præcipue autem homines, ardenti amore prosequatur, ex eoque amo-
re

re miseriis eorum commouetur, Ps. CIII. tot. Sap. XI, 25-27. Iei. LXIV, 8. (2) Quod Deus, qui essentiam et vitam nobis dedit, non minus libenter illa nobis daturus sit, quæ ad eam conseruandam necessaria sunt, Matth. VI, 25. (3) Quod Deus imaginem suam, tamquam præcipuum primæ creationis ornamentum, quam perdidimus, nouæ creationis beneficio in regeneratione instaurare velit, Ps. LI, 12. Eph. II, 10. 2 Cor. IV, 6. 1 Theff. V, 5. (4) Quod Christus Iesus, tamquam posterior Adamus, ius et libertatem rebus creatis bene beateque vten- di, qua per prioris Adami defectionem ex- cidimus, per exinanitionem et inopiam suam nobis recuperarit, 1 Cor. III, 21-23. 2 Cor. VIII, 9. 1 Tim. IV, 3-5. (5) Quod futurum sit, ut res creatæ ab execratione, qua per ho- minis lapsum obstrictæ tenentur, liberentur et perpurgentur, quando Deus nouum cæ- lum nouamque terram conditurus, et omnia noua factururus est, Rom. VIII, 19. 2 Petr. III, 10. 13. Apoc. XXI, 1. 5. *LUTHERVS* Comment. in Gen. c. XLV. Tom. VI. Witteb. fol. 682. a. (Tom. IX. Alt. fol. 1415. b.) „Deus „non solum terram, sed et cælum ipsum longe „pulchrius faciet, ubi veteri indumento fuerit „exutum. Das ist nur sein Werckekleid, her- „nach wird er sie einen Osterrock und Pfingst- „kleid anziehen.“ Vid. etiam Postill. Eccl. in Epist. Dom. IV. post Trinitatis.